



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Prædicator quatenus recipere potest à populo sustentationem  
necessitatis. tit. 204

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

se habere spiritum sanctum, Respond. Quid indè: nulli  
quid & Iudæi atq; gentes putant & credunt se habere  
re veram fidem, cum tamen illam Christi fidem per-  
sequantur? 1. Corint. 1. Prædicamus Christum cruci-  
fixum. Congregationis igitur vnitas nos certificat,  
adesse spiritum sanctum. Separatio autem atq; dissen-  
sio indicat, quod non adsit spiritus sanctus. Quare ad  
hæc quoq; cum primis intendere oportet, &c.

Quintò, Augustinus vult: Ex quo spiritus sanctus  
non est contra seipsum diuisus, id est, quod sit apud  
Catholicos & sectarios, sed est indiuisus & vnus spiri-  
tus Ephes. 4. non duo spiritus sancti, Ideò compellit  
nos sentire omninò alibi fieri non posse remissionem  
peccatorum atq; blasphemiam, nisi in congregatione  
Christi, quæ non spargit, sed congregat. Vnde omnes  
separationes inter se diuisæ & contrariæ etiam con-  
tra Catholicam vnitatem, non habent nomen Ec-  
clesiæ, neque operationem spiritus sancti, hæc Augu-  
stinus.

*PRÆDICATOR QUATÈ  
nus recipere potest à populo su-  
stentationem necessitatis.*

TITVLVS CCIIII.

**A**UGUSTINVS sermone 165. de tem-  
pore: Apostolus quamquam eligeret ma-  
nibus suis laborare, nec ipsum lac qua-  
reret ab ouibus suis, tamen lactis perci-  
piendi habere se dixit potestatem. Nam &  
hoc Dominus ipse exposuit, Luc. 10. vt qui euangeli-  
annunciant, de Euangelio viuant. Dignus est enim  
mercenarius mercede, & 1. Corinthiorū 8. Quis plan-  
tat vineam, & de fructu eius non comedit? Quis pa-  
scit gregem, & de lacte gregis non sumit? Et dicit alius  
suos coapostolos, hac potestate vsos fuisse, non vsos  
para



para, sed data à Christo. Laudandi igitur sunt, qui nõ  
indigent lacte gregis: neque tamen damnandi sunt,  
qui recipiunt.

secundò, & Paulus ipse, cùm esset quodam tempo-  
re in magna indigentia victus in confessione verita-  
tis, missum est illi à fratribus, vnde eius necessitati &  
indigentia subueniretur &c. Idèò respondit illis, &  
gratias egit, dicens: Benefecistis communicare neces-  
sitatibus meis, Phi. 4. Ego didici, quoniam possum a-  
bandare, & penuriam pati, omnia possum in eo qui  
me confortat. Veruntamen vos benè fecistis vsibus  
meis mittere, i. donum sustentationis meæ, &c. Lucer-  
na enim super candelabrum posita, si non acciperet o-  
leum, quomodò luceret, Matt. 5? Non quòd venale sit  
euangelium, vt istud sit principale præmium illis qui  
annunciant verbum, sed est sola sustentatio necessita-  
tis à populo. Mercedem autem dispensationis & la-  
boris expectant à Domino. Alia est merces prædica-  
torum, de qua scribitur Eccles. 24, Qui me elucidant,  
vitam æternam habebunt. Ab illo igitur prædicato-  
res piij expectant mercedem, à quo populus salutem.  
Accipitur ergò præmium ideò, vt Euangelium possi-  
mus annunciare, sed non propter precium solùm  
predicamus.

Tertiò inquit Propheta Ezechi. 34. Væ pastoribus  
Israel, qui pascunt seipsos & solos: Lac enim ouium  
consumunt, & lana se tegunt, oues autem meas non  
pascunt. Quod infirmum est, non confortastis tem-  
pore hæresum: quod ægrotum est, non corroborastis  
& quod errabat, non reuocastis: quod periit non re-  
quiritis: & quod forte fuit, interfecistis. Sed quid  
est lac, & quid lana? Augustinus vult lac esse quicquid  
tribuitur à plebe Dei præpositis, ad sustentandam vi-  
tam temporalem. Lana honor est, quo ab ipsa plebe  
honorantur. Qui ergò solum victum & honorè qua-  
runt, & ideò præsumunt, Oves tamen negligunt, & nul-

H H h lum



lum sacerdotis officium faciunt, (ad Philipp. 2. Omnes quærent quæ sua sunt, &cæt.) illis væ Deus mutatur. Nam bona subditorum solum rapiunt ad viduum & vestitum. Sic & quidam nostri Canonici, Episcopi & Monachi.

Quartò, Apostolus 1. Timoth. 5. inquit: Qui benè præsumt Presbyteri, verbo scilicet & vita, duplici honore digni sunt, & habeantur Primò, quia prædicant: Secundo, quia vitam bonam & exemplarem agunt: idèò subiungit maximè qui laborant in verbo & doctrina, quia scriptura dicit Deut 25. Non refrenabis os boui trituranti. Et, dignus est operarius &cæt. Et cap. 3. inquit: Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Sed est valdè onerosum officium, & periculosum si non rectè assumatur, sed solum propter prouisionem, aut negligatur assumptum &c.

### DE CONVICIIS HAER.

*ticorum in Catholicos,*

TITVLVS CCV.



PRIMò, hoc signanter est notandum, quòd non veritas & iustitia, sed odium & inuidia est causa omnium conuictorum. Sic prima calumnia fuit serpentis in Deum, Genes. 3. qui arguit de mendacio Deum, nequaquam, inquit, sic est. Sic Christus vocatur seductor, possessus à sathana, Luc. 11. peccator, Ioan. 9. Sic omnes sancti Prophetæ, Apostoli, Martyres, &cæt. hæc pertulerunt à Iudæis, Gentibus & hæreticis.

SECUNDò, duo sunt quibus hæretici coram vulgo suam statuunt hæresim, nempe conuicta & cal. sensus vulgi. Sic conuicta tur ore Semei Daud. 2. Reg. 16. habens in parte sua plebem vulgi. Sic expellitur & conuictus afficitur Christus in die Palmarum ex Hierosolyma, Mat 21. Sic inquit Augustinus libro 3. con-